qua nomen dei praedicatur, extendit. Studendum est omnibus, ut non aemulationes malę, sed piae sint inter vos dilectiones. Quia in hoc vos omnes domini discipulos esse veros noverint, si dilectionem habueritis ad invicem. Ex omni ergo genere plurimos deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii caritatis suae et ex[s] *vasis irae faciat vasa misericordiae. Unde nos summopere* statuendum *est, ut quooperatores simus gratię dei, quia ad hoc vocati sumus eiusque familiari colloquio* satiati *et sacerdotes sacrati, ut*[t] *fructuosos illi manipulos reportemus cooperante gratia eius. Necesse est enim, ut*[u] *rectores a subditis timeantur ab ipsisque corrigantur, ut humana formidine peccare metuant, qui divina*[v] *iudicia non formidant. Deteriores quippe sunt, qui doctorum vitam moresque corrumpunt his, qui substantias*[w] *aliorum praediaque diripiunt. Ipsi autem ea, quae extra nos, licet nostra sint, auferunt, nostri quoque detractores et morum corruptores nostrorum sive qui adversus nos armantur propriae nos ipsos decipiunt et ideo iuste infames sunt et merito ab ęcclesia sua extorres fiunt.*

<C. 6> EX EPISTOLA SECUNDA EUARISTI PAPAE, QUI FUIT SEXTUS POST PETRUM, *DE ACUSATORIBUS EPISCOPORUM SIUE SACERDOTUM.*

Si qui[x] *sunt vituperatores aut accusatores*[y] *episcoporum vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos a iudicibus ęcclesiae audiri, antequam eorum discutiatur aestimationis suspitio vel oppinio*[z]*, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia quove merito, si pro deo aut pro vana gloria aut inimicitia*[a] *vel odio aut cupiditate ista sumpserint necne. Haec omnia fideliter sunt perscrutanda et diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli, qui praepositos suos perverse*[b] *repraehendunt, si vel parum*

---

s) *nachgetr. B.* t) *Beginn fol. 3*[r] *B.* u) *korr. aus* in *B.* v) *korr. aus* divinę *B.* w) *korr. aus* sustantias *B.* x) *korr. aus* quis *B.* y) *korr. aus* acusatores *B.* z) *korr. aus* opinio *B.* a) *korr. aus* inimititia *B.* b) *korr. aus* perversae *B.*

---

97 studendum *PsIs.* **99** sociati *PsIs.* **107** sua *fehlt PsIs.*

<C. 6> **108-122** *Ps.-Evaristus (JK † 21) c. 10, mit frei formulierter Inskription und Aufnahme der Rubrik wie in BII13; P102 (zu vergleichbaren Rubriken siehe auch die unten genannten Hss. N442 und VD38). Ed. Hinschius S. 92 Z. 5-16; ed. Schon 016.htm. Darin* **120** *Matth. 18, 6. Das c. ist auch in US2 und US3 Hinkmars von Laon vorhanden, ed. Schieffer, Streitschriften S. 25 Z. 13-23 und S. 29 Z. 33 - S. 30 Z. 4.*

Abweichungen: **108-110** QUI - SACERDOTUM *fehlt US2; US3.* **109-110** *Vgl. auch die Rubriken in folgenden PsIs-Hss.:* De accusatoribus episcoporum vel reliquorum sacerdotum *N442;* De causatoribus episcoporum sive sacerdotum *VD38.*